
 CONTROVERSIA LXII.

An sententia privationis Officii in causa visitationis lata, habeat paratam executionem, pendente termino ad supplicandum.

SUMMARIUM.

- 1 Facti species narratur.
 - 2 Officialis à suo Judice condemnatus appellans non auditur.
 - 3 Intellige de Officialibus inferioris familiae, non superioris Ordinis.
 - 4 L. unic. §. ergo, ff. nihil innovar. expenditur.
 - 5 Idem Text. in vers. integer. explicatur.
 - 6 Sententiarum supremi Senatus Novi Orbis supplicationes in causa syndicatús, non admittantur nisi pœna corporalis, vel privationis officii imponatur.
 - 7 Consilium nostrum Novi Orbis fruatur quoad suos omnibus prerogativis, & præminentis, quas obtinet Castella Consilium.
 - 8 Immo ipsius pars est, in aliam Aulam ad faciliorem causarum expeditionem divisa.
 - 9 Syndicatús cause appellationem admittunt quoad effectum devolutivum, non autem quoad suspensivum.
 - 10 Supplicatio non suspendit effectum privationis officii, quando officium est temporale.
 - 11 In Magistratibus temporalibus Novi Orbis, iudicium syndicatús, sive visitationis feret elusorium respectu pœne privationis, si sententia suspenditur per appellationem, vel supplicat.
 - 12 Oppressio Indorum pluribus legibus, atque regis rescriptis detestatur, atque puniri iubetur.
 - 13 Semel malus semper presumitur malus in eodem genere.
 - 14 Appellatio non suspendit sententiae effectum, quoties adest periculum in mora.
 - 15 Supplicationis effectus non evanescit, ratione executionis sententiae.
 - 16 Utilitas privatorum cedere debet publice utilitati.
 - 17 Deciso Senatus.
- I**N causa controversiæ præcedentis Reus, qui in Novo Orbe verfabatur, legitime citatus fuerat ad diffinitionem, & sententiæ pronun-

ciationem; sed non comparuit per se, neque per procuratorem; ac in consequentiam, ut sententiæ ei injungeretur, litteræ expediendæ erant in forma assuetæ: sic rebus extantibus, Dominus Fiscalis supplici libello exposuit, hujusmodi condemnationem privationis officii paratam secum ducere executionem, quanquam ab ea supplicari posset, quia in causis syndicatús, & visitationis, exequibiles sententiæ Senatus sunt, tam de jure quam de stylo supremi Senatus Castellæ: ob quod concludebat, litteras executoriales sibi expediri, ad hoc, ut prælibata sententia executioni mandaretur.

De jure videbatur dicendum instantiam Fiscalis procedere, quia similes sententiæ supremorum Senatuum paratam habent executionem; tum quia officialis à suo Judice condemnatus appellans non auditur, Text. in l. nulli 3. C. quor. appellat. non recib. & in c. ei qui 41. §. nulli quoque 2. q. 6. & utrobique Doctores: præcipue Bartol. & Angel. in d. l. nulli. Amadæus tract. de syndic. n. 236. Paris de Puteo, in eod. verbo appellatio, c. 1. n. 16. Platea, in l. iudices, n. 2. C. de annon. & tribut. Bobad. lib. 1. politic. 12. n. 62. & c. 13. n. 37. & lib. 5. c. 1. n. 125. Avendaño, in c. 6. Prætor. n. 4. Maltril. de Magistrat. lib. 6. c. 12. n. 12. & 13. Don Franc. Amaya, in l. 2. n. 30. c. de exactor. trib. lib. 10. cum aliis per me adductis, supra contr. 2. n. 52. cum seqq. Ex quibus videbatur concludendum quod Prætor ille, tâquam subditus, & officialis nostri Senatus, appellans, vel supplicatione interponens, audiendus non eratur; quia condemnatus reperiebatur à suo Judice.

Verum huic illationi, obstabat communis Doctorum interpretatio: nam decisio Text. in d. nulli, de Officialibus familiae inferioris intelligi tantum debet, ut de Apparitoribus, satellitibus, actuariis, & similib. hujus inferioris gradus; non autem de officialibus superioris Ordinis, quia quoad eos semper est data plena facultas appellandi, supplicandive, ut dixi, d. contr. 2. n. 1. cum seq. & in terminis probant ex nostratibus Azevedo, in leg. 17. tit. 7. lib. 3. recopil. num. 2. Joan. Gutierrez lib. 1. pract. quæst. 39. num. 2. quod mihi probat Text. in leg. unic. §. ergo, ff. nihil innovar. ibi: Ergo si abstinere ordine jussus sit, & provocaverit, eadem ratione potest eadem participare. Quem Textum nullus ex his Doctoribus adduxit: & quamvis Gutierrez allegaverit, in loco præcitato, dicit. l. unic. vers. integer: perperam, meo iudicio,

sed sententia executioni mandanda. Pro eadem consideratione, quæ meo iudicio, concludit, expendo Textum, in leg. 17. tit. 7. lib. 3. recopil. ubi Azevedo. Nam dum agitur de sententiis latis in causis syndicatús Judicium, expressè cautum reperitur, quod appellationes admittantur quo ad effectum devolutivum tantum, non verò quoad suspensivum, ac per consequens, licet concedamus supplicationem recipiendam fore, de effectu devolutivo intelligi debet, non verò de suspensivo: ex quibus intentio Domini Fiscalis de jure procedere videbatur.

Quibus addi potest doctrina Joannis Gutier. d. q. 39. n. 5. quatenus docet, quod privatus officio appellatione pendente potest istud exercere: quod intelligendum de officio perpetuo, non autem de temporaneo, quia cum temporis cursu consumatur, non debet appellatio admitti quoad suspensivum, si rectè pronunciatum fuerit, ne iudicium fiat illusorium, & sententiæ effectus evanescat; ex eo quod durante lite appellationis, officii tempus consumitur, seu adimpletur, & postea non remanet aliquid in quo sententia exequi possit. Quæ decidendi, seu potius limitandi ratio, in Magistratibus temporalibus Novi Orbis potissima est; quia ratione vastissimæ distantiae, antequam sententiæ ad notitiam rei judicialiter perveniat, si ille in Novo Orbe versatur, & lata sit in Senatu; vel si ibi lata est, & ad Senatum provocatur, antequam acta transmittantur, & in Senatu partes compareant; & iudicium ordinetur, tempus officii completum est, atque iudicium illusorium remanet: ut experientia cum iactura publicæ utilitatis quotidie demonstrat. Et in nostra specie reus in culpa erat, quia procuratorem mittere omisit, ex quo commodum reportare æquum non erat.

Et amplius, quia crimina hujus rei tenentur in evidentem oppressionem miserabilem Indorum, tot legibus prohibitam, tot Regiis rescriptis execrandam, totque rationibus punibilem, ut probant Dom. Solorzano, d. tom. 2. lib. 1. c. 27. & polit. lib. 2. c. 28. & 29. Et novissime P. Didacus, Avendaño, in Theaur. Indic. 1.1. tit. 6. c. 1. n. 2. cum seq. & in addit. corol. lib. ejus n. 40. Ob quod periculum verfabatur in mora, tum quia semel malus semper præsumendus malus, præsertim in eodem genere mali, Text. in l. si

judicio, quia in eo non loquitur Ulpianus de integritate status, quoad officii exercitium, sed quoad jura civilitatis, & quoad capitis diminutionem; cum in d. vers. integer, tractet de deportato, ab eo cuius deportandi tributum est, per quam deportationem jura civitatis amittuntur, ut probat Text. in l. inter penas 6. ff. de interditiis & relegatis. de quo latè per Ant. Fab. in jurispr. Papin. tit. 12. princ. 2. At verò in d. §. ergo clarè Consultus loquitur de eo qui condemnatus reperitur ad privationem muneris, seu dignitatis: & clarissimè docet, quod si provocaverit, cœtum participare, atque muneris exercitio fungi. Hæc apud nos confirmantur pulchrè, per Text. in l. 52. tit. 4. lib. 2. recopil. quo clarè decisum reperitur, quod etiamsi cause per sententiam consilii in syndicato decisa, supplicationem non recipiat, limitatur duobus modis: nempe in casu impositionis pœnæ corporis afflictivæ, & in casu privationis perpetuæ officii. Quod pariter cautum reperitur, in act. 15. & 17. ejusd. consilii, fol. 4. Sed nota obiter, quod licet in d. l. 52. dicatur privatione de officio perpetua, lapsum temporum, vel transcribentium crediderim: nam privatio officii in eo distinguitur à suspensione, quod illa perpetua sit, hæc temporalis: & inepta esset forma legis ferendæ, si vox perpetua referenda sit ad privationem, quia in ea inest qualitas privativitatis. Quod convincitur, ex dict. act. 17. in his verbis, privacion de officio perpetuo. Cum enim plura officia perpetua sint, plura etiam temporalia, quod in his iuribus cautum habemus, meo quidem dictamine, est, quod privatio officii perpetui, tanquam res magni momenti supplicationem admittat, non autem privatio officii temporalis, quæ parvi præjudicii, respectu perpetui, censenda est.

Cum autem noster Senatus, quoad provincias Novi Orbis obtineat eandem Jurisdictionem, cum omnibus præminentis, atque prerogativis, quibus fungitur consilium in his Castellæ Regnis, ut latè probat D. Solorzano, de jur. Indiar. 1. 2. lib. 4. c. 12. n. 8. Imò, ut ipse subjungit, est pars ipsius consilii, licet in aliam aulam dividitur, ob meliorem negotiorum expeditionem d. l. 52. & ejus dispositio, quo ad nostrum Senatum jus constituit, ac per consequens, cum privatio officii de qua agimus non sit officii perpetui, sed temporalis, ex ea dispositione & ex dict. act. 17. supplicatio admittenda non erat,

Et amplius, quia crimina hujus rei tenentur in evidentem oppressionem miserabilem Indorum, tot legibus prohibitam, tot Regiis rescriptis execrandam, totque rationibus punibilem, ut probant Dom. Solorzano, d. tom. 2. lib. 1. c. 27. & polit. lib. 2. c. 28. & 29. Et novissime P. Didacus, Avendaño, in Theaur. Indic. 1.1. tit. 6. c. 1. n. 2. cum seq. & in addit. corol. lib. ejus n. 40. Ob quod periculum verfabatur in mora, tum quia semel malus semper præsumendus malus, præsertim in eodem genere mali, Text. in l. si

- cui, §. eisdem, ff. de accusat. & in e. semel malus, ubi Barbol. de regul. jur. in 6. cum aliis per me notatis, tom. 2. de reg. Valent. cap. 8. §. 8. n. 7. Quibus addendus ad rem Novar. de gravam. Vasallor. tom. 1. præ. lud. 9. n. 1. cum segg. Tunc etiam, quia ex recentissima noticia, licet extrajudiciali, sed verissima, constabat in eadem nequitia reum perseverare. Et quando adest periculum in mora, appellatio, vel supplicatio non suspendit effectum iudicari; nam in hoc casu, & similibus, recedere debemus à communibus, & ordinariis regulis, licet ab omnibus admittis, ex Text. in d. l. unic. in princ. ff. nihil in novar. ut expresse probat Textus, in l. si res 7. ff. de appellat. recipi, ibi: Si res dilatio nem non recipiat, non permittitur appella re: notat plurimis relictis Salgado, de Regia protect. 3. p. c. 1. n. 70. quamvis hujus Textus mentionem non fecit.
15. Neque ex eo, quod ab exercitio officii removeatur, evanescit effectus supplicationis: nam ea quoad devolutivum admittit, casu quo obtineret, facilius reintegratio in ipsius officii exercitio erit quam si nequitia comprobata succumberet, miseris Indi ab oppressione liberari poterant. Et cum hoc respiciat publica illius Provinciae utilitatem, illud verò privatam, hanc illi cedere æquius videbatur, juxta Textum, in l. si qui in gravi, §. utrum, ff. ad Syllaniam. cum vulgatis de quibus Giurb. conf. 49. n. 26. Ex quibus suspensio ab officii exercitio rectè procedit, etiam si iactura aliqua rei subsequatur; præsertim si hujusmodi suspensio non fiat per modum executionis sententiae, sed secundum stylum consilii, per modum præventivæ dispositionis, nempe provisionem, seu litteras affluetas expediendo, quod minus honorem rei lædit, quam si sententia privationis formiter executioni mandaretur: sic decisum fuit per Senatum interlocutoria diei 12. Maii anni 1669. Et quamvis ea lata procurator rei comparuit cum sufficienti mandato, & causam supplicationis profecutus fuit, sententia fuit conformata, & supplicatio ab interlocutoria non recepta.

CONTROVERSIA LXIII.

De Navarcho præceptum detrectante,
& de pœna.

SUMMARIUM.

1. Facti narratio, & n. 2. & 3.

4. Is cui aliquid ad arbitrium committitur, habet pro se præsumptionem optimam elegisse.
5. Arbitrium regulatum non est, si concedatur facultas absoluta.
6. Maritima negotia ex assidua inconstantia subvertuntur.
7. Ex duabus iacturis, minima eligenda venit.
8. Cause impulsivæ defectus, non vitiat dispositionem.
9. Arbitrium absolutum concessum post expressionem conditionis, facultatem omnimodam tribuit.
10. Causa qualibet excusat à crimine, vel pœna.
11. In bello qui mandata non servat, gravi pœna plectitur.
12. Navarchus jure militari adstringitur.
13. Fisci res suscipiens, pœna gravissima plectendus, si mandata transgressus sit.
14. Distractio rei fisci necessariè sequitur ex appositione ad sinum Gaditanum.
15. Præceptum Regium detrectans, qua pœna puniatur legibus Hispania.
16. Quid de jure divino, sive ex testimonio sacrae Scripture.
17. Legis Regiæ transgressor, æquali pœna plectendus, ac violator legis divine, ut eluceat divini Spiritus præceptum, quoad observantiam regiarum iussionum.
18. Exempla divina ultionis in transgressores præcepti, ut ab honoribus rejiciantur.
19. Arbitrium in rebus magni momenti, semper censetur regulatum, ratione naturali, & iustitia.
20. Facultas absoluta, juxta conscientiam, zelum, & experientiam, eandem regulationem expresse commendat.
21. Arbitrium absolutum regulatum voluntati, quid importet?
22. Quid autem, quando verba rationem respiciunt?
23. Facultas absoluta secundum conscientiam, rationem naturalem, atque iustitiam, publica lege munitionem respicit.
24. Conscientia respicit sinceritatem juris naturalis, & incorruptam fidelitatem, qua in servando constanti veraci fide consistit.
25. Zelus variè ab auctoribus utriusque litteraturæ sumi solet.
26. Zelus secundum subjectam materiam, in nostra specie pro amore erga Principem, & utilitatem publicam sumi debet.

27. Expe

27. Experientia mater prudentiæ dicitur.
28. Periculum maris per legem prænotum, non excusat.
29. Arbitrium absolutum, licet concedatur, non excusat à lata culpa, & dolo.
30. Dolus conjecturis, & præsumptionibus probatur, quia latet in animo.
31. In dolo est, qui leges quas non ignorat, transgreditur.
32. In dolo est, qui ter monitus à Judice, non obtemperat.
33. In dolo est, qui peritorem in arte dicta contemnit non consulendo peritiores, quos in promptu habet.
34. Judex licet peritus sit in aliqua arte, non potest iudicium sumere ex sua peritia.
35. In dolo est, qui omittit ea qua facere tenetur.
36. Dispositiones interpretari debent, secundum ea qua narrantur in præmio.
37. Causa finalis, qua dicatur.
38. Causa finalis, in dubio censenda est apposta in dispositione.
39. Causa qualibet apposta per Principem in conclusione præsumitur finalis.
40. Cessante causa exceptionis, cessat & ipsa exceptio.
41. Apposta in principio dispositionis, insistent in omnes illius partes.
42. Condicio inducitur per dictionem si apposta in dispositionis forma.
43. Cuncta contenta in ea oratione in qua adest dicta dictio, conditionalia sunt.
44. Qualibet causa non excusat à dolo, ut quando nititur in errore juris notorii.
45. Etiam si error sit contra civilia jura.
46. Quando agitur de pœna pecuniaria.
47. Quando agitur de contemptu Magistratus.
48. Quando non venit imponenda pœna ordinaria.
49. Decisio Senatûs.

REGIA constitutione antiquitus promulgata, per plures annos ad unguem executioni deducta, ac tandem renovata Regio decreto seu referipto, diei 27. Maii anni 1664. cautum reperitur, quod classes, & navigia ex Indiarum Regnis ad nostram Hispaniam appellerent, Præfecti, Navarchi seu Naucleari, teneantur, ingredi portum Astæ sive ut vulgò dicitur de San. Lucar: ita ut ex solo appulsu ad alium portum, seu oram, incurrat quilibet eorum pœnam sex mille aureorum, exigendorum prius quam

D. D. Laur. Mathan, de Re Crim. Pars II.

audiantur, ultra pœnas severiores ab eis exigendas, secundum facti qualitatem, ejus rescripti verba tradit Don Joseph Veitia Linage, in nor. contr. post hæc scripta editus, libro secundo capite 4. numero 21.

Navarchus, de quo agimus, dum classem ducere suscepisset, ab Hispanis otis, ad continentem Novi Orbis, mandata Regia suscepit, ut moris est, in quorum decimo quarto capite ei imperabatur: Quod tempore reditus teneretur ingredi portum Astæ, sive de San. Lucar cum omni classe & navibus onerariis, ita ut minimè pateretur aliquam ex illis deviare ad litus Gaditanum, adimplendo prælibatam Constitutionem anni 1664. curandæque rigidam observationem illius, absque eo quod indulgeret alicui diligentiae conducenti ad prælibatum finem, ex summa necessitate ingrediendi dictum Portum. Et supposito quod solvenda classis erat antequam mensis Maius ingrederetur, sicut in mandatis habebat, credebatur quod reditus ad Hispaniam poterat evenire ad ingressum stationis hibernæ: ob quod fidei ipsius committendo, quod si esset possibile, & ritum procuratoris erat ingredi cum classe in sape dicto Portu: nihilominus ad uberiorem securitatem classis, pro hac vice ei concedebatur, quod si tempus fuerit ejus conditionis, ut non possit capi Portus de San. Lucar tunc, ingrederetur sinum Gaditanum, relinquendo sicut relinquerebat conscientia, zelo, & experientia ipsius Navarchi, facultatem absolutam utendi hac permissione, quia certe credebatur, quod executioni deduceret, id quod magis expediret.

Classem solvit (non ut iustum fuerat antequam mensis Maius ingrederetur) sed die 10. Julii subsequentis, & sic regressus non fuit, ut credebatur; ad initium stationis hibernæ, sed die 30. Maii anni sequ. mare tranquillo, atque in statione opposita cum jam stativa inciperet. Ex iudicibus Regiæ Audientie Contractationis Hispanensis unus, qui classem suscepturus erat, prout de more fieri solet, aderat in littore cum Naucleariis peritis in ingressu portus, qui ter monuit Navarchum, ut ad portum appelleret: at ille periculū ingrediendi affectando, cum classe Gaditanum sinum ingressus fuit, non obstante quod periti securum ingressum attestabantur, sine eo quod peritiores adhibuisset, neque de temporis tranquillitate dubitasset. Bellicas naves in sinu ingredi fecit, sed mercantiles in portu fe-

Q9 curè